





Q. D. B. V. 16
4, 315. 1007
1771 5
THESES IVRIS CONTROVERSI
EX
DOCTRINA PANDECTARVM
DE
PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS

PRAESIDE
GEORGIO FRIDERICO
KRAVSIO D

CODICIS PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
CVRIAE PROVINCIALIS CONSISTORII ECCLESIASTICI
SCABINATVS ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ASSESSORE

AD DIEM XXV MAII A. R. G. C1919CCLXXI

IN AVDITORIO MAIORE

PVBLICE DEFENDET

GOTTLIEB HIERONYMVVS KRAVS
FREYBERGENSIS

VITEMBERGAE

LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEMIAE A TYPIS

DOCTRINA PANDACTARUM

IN HOC LIBRO TRACTATUR DE
PANDACTARUM LEGIBUS

DE PANDACTARUM LEGIBUS
LIBER PRIMUS

DE PANDACTARUM LEGIBUS
LIBER SECUNDUS

DE PANDACTARUM LEGIBUS
LIBER TERTIUS

DE PANDACTARUM LEGIBUS
LIBER QUARTUS



THESES I.

Iure Saxonico veteri dominium pignoris in creditorem transiisse, et huic iuri demum derogatum esse per CONSTITVT. ELECT. XXVI. PART. II. existimat LVDOVICI *in doctrina Pandectar. Lib. XX. Tit. 1. §. 1.* Sed sine fundamento solido.

obic. IVS PROVINCIALE SAXONICVM *Lib. II. Art. XXIV. ac LX. et Lib. III. Artic. V.* Sed vid. SCHILTERVS *in exercit. ad Pandectas XXXIII. §. IV. junct. Exercitat, XXV. §. V. et VI.*

THESES II.

Analogiae iuris haut inconueniens est assertio TRYPHONINI in *L. 13. D. quibus modis pignus vel hypoteca solv.*
2 quod

quod scilicet, si a iudice, quamvis per
iniuriam, absolutus sit debitor, pignus
liberetur.

obstat argum. *L. 60. princ. D. de condict.
indeb.* confer. *COCCEII ius controversum
Lib. XII. Tit. VI. quaest. XI. et Lib. XX.
Tit. I. quaest. III.*

THESIS. III.

Non est singulare quoddam, quod
de taberna pignorata monet *SCAEVOLA*
in L. 34. princ. D. de pignor. eas videli-
cet merces quoque, quae postea com-
paratae, ac in tabernam sunt illatae,
pignori obligatas esse; Verum in du-
bio semper, qui universitatem aliquam,
sive iuris, sive facti, oppignorat, res et-
iam postmodum accedentes, simul ob-
ligasse censetur.

dissentit *BACHOVIVS*, quem excitat
*BRUNNEMANN in commentar. ad di-
ctam*

Etiam L. 34. Iung. L. 7. D. de auro legato.
Confer. A LEYSER *meditat. ad Pand. Spec.*
CCXXIII. Med. VI.

THESIS IV.

Ius taciti pignoris generalis suppellectilem quoque necessariam debitoris afficit.

obstare videtur L. 6. 7. et 8. D. de pignor.
Vide tamen HVBERVVM *in praelect. Pand.*
Lib. XX. Tit. II. §. 1.

THESIS V.

Sub generali oppignoratione bonorum mobilium et immobilium, nomina debitoris activa simul continentur, etiam iure romano.

Confer. LEYSERI *Spec. ad Pand. XXVI. med. 1.* et LVDOVICI *doctrin. Pand. L. XX. Tit. I. §. V.* Quod ad Saxoniam vid. ORDIN. PROC. SAX. VETVS *Tit. XLVI. §. VIII.*

THESIS

THESIS VI.

Iure quoque ciuili tertio hypothe-
cae specialis possessori, tametsi in bona
fide sit, instituta aduersus eum actione
hypothecharia, exceptio excussionis
non prodest.

dissentit cum aliis compluribus WERNHE-
RVS *Observ. forens. Part. I. obs. CXXX.*
Confer tamen STRYKIVM *de investig.*
action. Sect. II. membr. V. §. VIII. In Sa-
xonia controuersiam definivit DECISIO
NOVISS. VII. *de anno 1746.*

THESIS VII.

Pignus tacitum in bonis tutoris non
tantum pupillo ipsi, verum eius quo-
que defuncti heredibus competit.

Obiicitur L. 19. §. 1. D. de rebus auctor.
iud. possid. L. 42. D. de administr. et peric.
tutor. Videatur tamen BERGERVS *in*
Oecon. iur. L. II. Tit. V. §. 2. not. 3. add.

EIVS

EIVSDEM *resoluciones Legum obstant. L. XX. Tit. II. quaest. I.*

THESIS VIII.

Furtum passus ratione damni et eius quod interest tacitam in bonis furis hypothecam non habet.

Secus existimat CARPZOVIVS *in definit. forens. P. IV. Const. XXXIX. definit. X. merito refutatus a WERNHERO observat. forens. Part. I. observ. CCLXXXVIII.*

THESIS IX.

Sponsae ob dotem illatam tacita hypotheca in bonis sponsi non competit.

Dissentit BERGERVS *in resolut. Legum obstant. L. XX. Tit. II. quaest. IV. evol. L. 17. §. 1. D. de rebus auctor. jud. possid. junct. L. 74. D. de iure dotium. Consentit nobiscum LVDOVICI in doctrin. Pand. L. XX. Tit. II. §. II. et Lib. XLII. Tit. V. §. XII.*

THESIS

THESIS X.

Quamvis usu fori tacita hypotheca liberorum in patris bonis, ad omnia adventitia bona a patre administrata extendi soleat, ea tamen iure ciuili tantum ad bona pertinet materna.

Vid. L. 6. C. de bon. quae lib. Add. a LEYSER medit. ad Pand. Spec. CCXXVI. med. IV. In Saxonia autem ista extensio legibus approbata est. Conf. ORD. PROC. SAX. VETVS Tit. XLV. §. 2.



Wittenberg, Diss., 1770-73

X 228 32 35



16

4,315 100%
1771 5

NTROVERSI

NDICTARVM

HYPOTHECIS


DE
FRIDERICO
IO D

PUBLICO ORDINARIO
STORII ECCLESIASTICI
TATIS IURIDICAE
RE

G. MDCCCLXXI

MAIORE
ENDET
NYMVS KRAVS
SIS


GAE
TIANI DÜRRRI
YPS



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black



PIC

G I

COD
CVRI
S

GO